

Wladislai regis super summam  
centum marcarum Joanni de Ro-  
zemberg in villa Raczawicze  
inscriptio.

77

Wladislaus Dei gratia Hungarie, Polonie,  
Dalmaicie, Croacie etc. rex, Lithuanieque  
Princeps supremus et heres Russie etc.  
Significamus tenore presentium quibus ex-  
pedit universis. Quomodo attentis fidelibus  
servitiis nobilis Joannis de Rozembarg  
fidelis nostri dilecti, que nostre Maie-  
stati versus Regnum Hungarie et inclito  
domino Casimiro germano nostro carissimo  
Lithuaniam exhibuit non parando ipsius  
expensis et impensis, et in posterum au-  
cto fidelitatis studio poterit exhibere; ho-  
rum intuitu volentes ipsum reddere con-  
solatum, et ad nostra servitia continuo  
facere promptiorem, sibi et suis legitimis  
Successoribus in et super villa nostra  
Raczawicze in terra Biezensi sita centum  
marcas monete et numeri Polonicalem,  
quadraginta et octo grossos in quamli-  
bet marcam computando damus, donavi-  
mus et inscribimus tenore presentium  
mediante

mediante cum omnibus et singulis utilita-  
tibus, fructibus, censibus, redditibus, pro-  
ventibus, agris, pratis, campis, prediis,  
alodiis, sylvis, borris, gajis, menis, ne-  
moribus, venationibus, occupationibus,  
fluvio, fluminibus, paludibus, piscinis,  
piscatoriis, appendiis, mellificiis, aquis et  
canum Decursibus, molendinis, emolumentis,  
et obventionibus universis quocunque no-  
mine vocatis, nihil penitus ibidem utili-  
tatis pro nobis vel nostris Successoribus  
resignando per ipsum Joannem et succes-  
sores suos legitimos in dictis centum mar-  
cis tenendum, habendum, uti fruendum et  
pacifice possidendum tamdiu quousque di-  
ctis centum marces sibi vel suis legitimis  
Successoribus per nos vel nostros Successores  
integraliter et cum effectu fuerint exsoluita,  
quibus exsolutis possessio dicta villa ad  
nos et Successores nostros pleno jure devol-  
vetur, stationibus et aliis juribus nostris  
regalibus per omnia salvo. Hanc testi-  
monio literarum, quibus sigillum nostrum  
est appensum. Dat. Bada sabbatho proximo  
intra octavas Epiphaniae Domini anno ejusdem  
millesimo quadringentesimo quadragesimo  
nimo.

Ad relationem Alfii Paredonii  
de Honierpole castelli Rosponiense,

Prepissana iusticia longinadupargaminewege, ad literas  
pauze iust odenuana. a 28. Apr. 1705. solui.